



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 80. Tripolis unacum gubernatore capta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

cæmento per temporis iniquitatem de-
 cidente penitus dissoluta extitit.

Sæcul. XVI.
 A. C. 1551.

§. LXXX.

Tripolis unacum Gubernatore capta.

Ne vero malorum cumulo quicquam
 deesset, insuper inter ipsos Belli-
 duces intestina oriebatur dissensio, ip-
 sæque copiæ ulterius ab eis imperia ac-
 cipere recusabant, insuperhabitis etiam
 severissimis comminationibus: unde fa-
 ctum, ut Turcæ urbem, arcemque in
 suam redigerent potestatem, ac Sina-
 nus violata deditionis fide Gubernato-
 rem comprehendi, eumque vinculis o-
 nustum ad suam Triremem abstrahi ju-
 beret: Gabriel vero Aramontius Hen-
 rici II. Galliarum Regis apud Turcarum
 Imperatorem Orator, qui Constantino-
 polin profecturus Melitam prætervehe-
 batur, atque a Sinano usque ad urbis ex-
 pugnationem detinebatur, hujus Gu-
 bernatoris, Valerii Equitis, aliorum-
 que Gallorum avita nobilitate magis in-
 signium libertatem obtinuit, ceteri au-
 tem omnes tam Hispani, quam Itali
 Cæsaris subditi in vinculis relinqueban-
 tur, exceptis ducentis, qui vel gravi
 senio, vel extrema paupertate pressi
 dimittebantur.

Hæc

Sæcul. XVI. Hæc igitur urbs die decima sexta
A.C. 1551. Augusti capta Draguti fuit reddita, ut
 illam *Sangiaci Begi* titulo possideret.
 Postquam vero Aramontius pretio soluto
 plures Christianos in servitutum abstractos redemerat, ipse abeundi copia a Sinano obtenta Melitam reversus est, secumque Valerium Equitem catenis vincitum abducens die vigesima tertia Augusti vespere eo advenit: cum vero supremus Ordinis Magister amissæ Tripolis invidiam in se rejici pertimesceret, hinc Gallici Oratoris fidem suspectam reddere, urbisque jacturam tam in illum, quam in Governatorem conicere statuit, atque suorum clientum nonnullis ad sua studia pertractis in Valerium capitis sententiam pronuntiare voluit. Vix Aramontius iter suum Constantinopolin versus profecturus Melita discesserat, cum illico Valerius Eques unacum tribus aliis præcipuis deditiois Auctoribus Fustero, Susa, & Errera fuerunt in custodiam dati, ac ex tribus diversis Nationibus totidem nominantur Deputati, qui inquisitionem facerent. Adjungitur quoque Assessor, seu Deputationis caput quidam laicus nomine Augustinus de Combe, qui, licet corruptæ fidei, atque ad quævis audenda venalis Judex esset, pœnas reis jure irrogandas decer-